



**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri  
Benedicti**

**Meyenschein, Benedikt**

**Hildesii, 1725**

**VD18 10311831**

XXXIV. Si omnes æqualiter debeant necessaria accipere. Sie fragili genti  
tribuantur plura petenti, Frater amice fave, murmura fæda cave.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](#)

... 103 ( 152 ) 69.

12. MART. 12. JUL. 11. NOVEMB.

## C A P U T XXXIV.

*Si a omnes æqualiter debeant ne-  
cessaria accipere.*

**S**icut scriptum est *b*: Dividebatur fin-  
gulis, propriout cuique opus erat. Ub-  
non dicimus, ut personarum [quod ab  
fit] acceptio *c* sit; sed infirmitatum con-  
sideratio. Ubi qui minus indiget, ag-  
Deo gratias, & non contristetur *d*: Qu-  
verò plus indiget, humilietur pro infi-  
mitate *e*, non extollatur *f* pro misericor-  
diâ *g*; & ità omnia membra *h* erunt in  
pace. Ante omnia *i* nè murmurationis  
malum *l* pro qualicunque causâ in ali-  
quo qualicunque verbo vel significatio-  
ne appareat. Quòd si quis deprehen-  
sus fuerit, districtiori *m* disciplinæ sub-  
datur.

- a) *Id est, Utrum.*
- b) *AEt. 4. Et subintellige ex titulo, sic ac-  
cipiant.*
- c) *Quā quis uni citra meritum plus additus  
est, quam alteri.*

*d) Si*

- d) Si videat alium plus accipere.  
e) Id est, in humilitate agnoscat indigen-  
tiam suam.  
f) Sive in se, sive adversus alios.  
g) Id est, quod plus accipiat, sciens hoc ex  
misericordia fieri.  
h) Subintellige, Communitatis.  
i) Subaudi, Admonemus, quod impressa qua-  
dam addunt.  
l) De hoc vide notata c. 5. leet. 2.  
m) Id est, acriori.
- 

13. MART. 13. JUL. 12. NOVEMB.

## C A P U T   X X X V .

### De Septimanariis Coquīnæ.

Fratres sic sibi invicem serviant, ut nullus excusat à coquīnæ officio, nisi aut ægritudine, aut in causâ gravis a utilitatis quis b occupatus fuerit; quia exinde c major merces d & charitas e acquiritur. Imbecillibus autem procurantur solatia f, ut non cum tristitia hoc faciant; sed habeant omnes solatia secundum modum Congregationis g aut

G 5 posse